

potius ratum habuit, quod ordinârat ante de re bellicâ, quæ rebus publicis admodum necessaria est ad arcendos hostes, et propellendam vim et injuriam. Rei itaque bellicæ curam credidit Joab, cujus ante virtutem et prudentiam sæpius explorârat.

PORRO JOSAPHAT FILIUS AHILUD ERAT A COMMENTARIIS. Quid sit hoc loco à commentariis, obscurum est. Hebraicè est *masqir*, quæ vox curam indicat ejus qui circa hominum rerumque memoriam occupatur, qualis esse potest, qui regi suggerit, quid quoque tempore fieri debeat, aut qui supplicès exhibet libellos, aut singulorum dierum ac rerum instituit commentarios, ex quibus postea conficiuntur annales, aut denique notarii, qui scriptis mandant publica negotia, quibus à consuetudine et lege publica inest et certa fides. Ego quid certum dicam, nihil habeo definitum. Eò magis inclinat animus, ut putem huic id à Davide datum esse negotii, ut res gestas traderet monumentis; quam curam alios habuisse observavimus supra. prolegomeno 4, ex quibus observationibus diariis, quæ etiam *ephemerides* dictæ sunt, collectæ sunt historiæ. Hæ verò observationes illæ sunt, quæ dicuntur *verba dierum*, quorum nomen in historiâ sacrâ sæpius occurrat. Qui hanc curam susceperunt, dicuntur esse à *commentariis*; sicut qui alia curant, à *secretis*, à *poculis*. Lege quæ nos in horum Commentariorum principio diximus, prolegomeno primo.

VERS. 17. — ET SADOE FILIUS ACHITOB, ET ACHIMELEC FILIUS ABIATHAR ERANT SACERDOTES. Hic multus est Abulensis, qui eâ de re varias instituit quæstiones. Quomodo duo esse poterint pontifices summi, cum lex stet contra sacra, et perpetua à conditâ Israeliticâ republicâ consuetudo. Dicitur tamen Davidis tempore divinâ dispensatione factum, et ita pontificatum illum summum esse divisum, ut per vices alterni, ut habes l. 1 Paral. c. 24, sacris et tabernaculo præessent. Fuit quidem Abiathar sacerdos, et eò loco habitus à Davide, quia filius erat Achimelec, quem cum aliis multis sacerdotibus minoribus interfecit Saül: neque videbatur depositus esse legitime, aut deponi potuisse, cum nihil ab ipso, aut à parente illius videretur esse peccatum. Quare secum habuit ephod, quod unus habere poterat summus sacerdos, et per illud Deus sæpè dedit oraculum, quod non videbatur fore daturus, nisi ritè tanquam sacerdos summus interrogasset. Quod verò Sadoe, quem pro Achimelec sacerdotem summum voluit esse Saül, sacerdos fuerit

eodem tempore, quo Abiathar, collegit Abulensis ex eò quod Deus approbasse videatur sacerdotium Sadoe, cum dixerit ad Heli, sacerdotis, quem esset ex aliâ familiâ vocaturus ad summum illum gradum, fidelem futuram esse domum, et in eâ æternum sacerdotium; et quod magis ad rem præsentem facit, visurum esse, scilicet filium Heli, æmulum suum in templo, nempe Sadoe ex genere Eleazari. Vide quid nos supra ad illud cap. 2, v. 32: *Et videbis æmulum tuum in templo*. Vide Abulensem q. 21.

Est item hic valdè difficile, quod Achimelec sacerdos esse dicitur cum Sadoe, et filius Abiathar, cum potius Abiathar filius fuerit Achimelec et sacerdos. Respondet Abulensis q. 24, esse quidem Abiathar sacerdotem summum et patrem Achimelec; Achimelec tamen vocari sacerdotem, et sacerdotis summi fungi ministerio pro parente Abiathar, non quia usque ad eò esset Abiathar ætate proventus, ut illius sacerdotii laborem sustinere non posset, cum ad tempus usque Salomonis vitam produxerit, ut apparet, robustam et vegetam, quando contra Salomonem partibus adhæsit Adonizæ, et eam ob causam è sacerdotio excidit à Salomone depulsus; sed cum Abiathar Davidi semper esset assiduus, illique operam navasset non inutilem, illum apud se retinere voluit: eum autem tabernaculo adesse non posses, quod tunc temporis erat in Gabaon, ad sacerdotale munus ibi pro se ministrare voluit filium Achimelec. Quod fieri posse, cum sacerdos aut propter ætatem, aut graves alias causas non posset sacrum obire ministerium, docuit non multo ante sacerdos Heli, qui sui loco sacerdotali negotio præposuit filium Phinees, neque tamen ideò ipse sacerdos esse desiit. In hunc fermè modum Abulensis. Quod autem Abiathar sub hæc tempora sacerdos esset summus, multa probant. Primum, quia sacerdotis nomen, utique summi, in Abiathar sæpius auditur. Et 2 Regum c. 4, v. 4, Salomonis tempore duo dicuntur esse sacerdotes, Sadoe et Abiathar, qui duo aliis sæpè locis conjunguntur, quasi ejusdem consortes ministerii. Quod autem Achimelec filius Abiathar eodem tempore sacerdotio summo fungeretur, locus hic non obscure docet, et 1 Paral. c. 24, v. 6, ubi Sadoe et Achimelec in sacerdotio conjunguntur.

Hæc mihi videntur satis probabilia; sed occurrit mihi alia ratio non nimis impedita dissolvendi nodi. Quam indicant Beda, Theo-

phylactus et Euthymius in cap. 2 Marci, et Salmeron tomo 8, tractatu 14, qui putant Achimelec fuisse binominem, et modo vocatum esse Abiathar, quod putant esse nomen familiaræ; modò Achimelec, quod erat illi proprium. Quare ille qui panes propositionis tradidit Davidi, quique ideò à Saüle interfectus, qui eo loco et pluribus aliis dicitur Achimelec, Marci capite 2, v. 25, nominatur Abiathar. Sic enim ibi Christus ad sacerdotes, qui discipulos violatæ legis accusabant: *Nunquam legis, quid fecerit David, quando necessitatem habuit, et esurit ipse, et qui cum eò erant; quomodo introivit in domum Dei sub Abiathar principe sacerdotum, et panes propositionis manducavit?* Hunc quoque sacerdotem habuisse duo nomina, proprium videlicet, et sicut patrem, sic etiam ipsum ex paterno nomine, quod sæpè faciunt filii, vocatum esse Achimelec. Quare qui hoc loco dicitur Achimelec, ille est, qui aliis sæpè locis dicitur Abiathar; et qui Abiathar hoc loco nominatur, idem est, qui aliis locis dicitur Achimelec. Erit igitur sensus: Sadoe filius Achitob, et Achimelec, qui etiam dicitur Abiathar, filius Achimelec, qui etiam à familiaræ communi nomine Abiathar dicebatur, sacerdotes erant. Quæ explicatio mihi facilior est; quam multò libentius quam superiorem amplector. Illud hic obiter observandum, licet duo fuerint Davidis tempore sacerdotes, Sadoe tamen fuisse præcipuum, quod probat non difficile, quia quoties hi duo quasi sacerdotum principes nominantur, priori loco nominatur Sadoe.

ET SARVIAS SCRIBA. Hebraicè *sopher*. Hic dicitur notarius, qui publicam obtinet fidem, et publicâ auctoritate disceptantium ac contrahentium instrumenta consignat, qui Hispanorum vulgo *scribano* dicitur, quemadmodum reddidit Hispanica translatio. Est etiam legis jurisque peritus, qui ab aliis de lege religioneque consultitur, quique etiam legitimo judicio exortas in republicâ controversias aut componit aut disceptat. Sanè *scribarum* nomen in Scripturâ majus aliquid sonat, quam quod apud Latinos. Ut enim illi qui sapientiâ pollent, et eo nomine apud alios in honore sunt, apud Græcos *philosophi*, apud Chaldæos *magi*, apud Latinos *sapientes* nominantur, sic etiam iidem apud Hebræos appellantur *scribæ*. Quorum duo videntur esse munera: Primum, legem populo proponere, sensus ejus eruere, erutosque manifestare populo; de quibus Epiphanius hæresi 15. Qui quoniam legebant interpretaban-

turque legem, *lectores* quoque dicebantur. Sic sanè Esdras l. 5, c. 9, *lector* appellatur, qui sæpius alibi nominatur *scriba*. Alterum munus est, judicare causas, et ex illorum meritis damnare vel absolvere. Id indicat illud Matthæi 20: *Tradetur principibus et scribis, et condemnabunt eum morte*; et Joab. 8, scribæ Christum consulunt de adulterâ, et dicunt: *Moses mandavit nobis hujusmodi lapidari, tu ergo quid dicis?* Vide plura apud cardinalem Toletum in c. 18 Joan. annot. 1. Hoc puto munus obtisse Sarviam, neque puto vulgare aliquid datum Sarviæ, cum aliâ, quæ aliis concessa dicuntur, vulgaria non sint.

VERS. 18. — BANASAI AUTEM FILIUS JOIADÆ SUPER CERETHI ET PHELETHI. Hi absque dubio viri fuerunt, qui et corpore fuerunt robusto, et rei periti bellicæ, et quorum jam esset compta fides, et quibus regii corporis esset credita custodia, quos nos Latino vocabulo *prætorianos* appellamus; Græci verò *σωματοφύλακες*, id est, *corporis custodes*. Dicuntur autem Cerethi à radice *Carath*, quæ significat inter aliâ *incidere*, quasi qui potenter ac facilè adversarios cædant et sternant; sive ab aliquâ civitate, seu provinciâ, unde illud satellitum genus adducebatur. De quibus nos copiosè in c. 2 Sophoniæ ad illud v. 5: *Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum!* ubi pro *perditoribus*, Hebraicè est *Cerethim*. *Phelethi* quidam deducunt à *palat*, quod est *evadere*, et in *hiphil*, *eripere*, quasi potentes, et qui alios possent ex periculis eripere. Alii à *pala*, quasi *vir* essent *mirabiles*. Hoc mihi certum est, aliquid his vocibus significari militare; neque enim aliter diceretur *legiones Cerethi et Phelethi*. Deinde has non esse cum reliquis militum ordinibus confusas, sed tantum regie custodiæ destinatas, quia aliter parerent potius Joab, qui princeps erat militiæ, quam Banaizæ. Deinde quia hi comitatu dicuntur Davidem, cum fugeret à facie Absalom, cap. 15, v. 18, quasi nefas crederent, regem in eo rerum articulo deserere, cujus ipsis fuerat commissa custodia. Sanè Josephus hoc hominum genus Davidis appellat *satellitium*; dum ait lib. 7, cap. 6, cum hoc idem tractaret argumentum: *Banaiam Joiadæ filium satellitio suo præposuit*. Et c. 11, quos Vulgatus appellat *Cerethi* in Salomonis comitatu, ipse regiam appellat cohortem. Alii hos sagittarios esse volunt et funditores. Ita Chaldæus, Theodoretus et Procopius; neque respuant è recentioribus alii. Et ita habet antiquissima translatio Hispanica, cujus verba libuit

hic attexere. *E Joab fijo de Ceruya era condestable, e Josaphat fijo de Adeldud era relator, e Saraia era escribano, e Banajahu fijo de Joiada era sobre los honderos y ballesteros.* Sed quod proximè dixeram, magis videtur ad veritatem.

FILII AUTEM DAVID SACERDOTES ERANT. Non poterant Davidis filii sacerdotes esse, cum id tantum à Deo concessum esset familiæ Levi. Cur autem sacerdotes esse dicantur, diximus in nostris Commentariis super Isaiam ad illud cap. 61 : *Vos autem, sacerdotes Domini, vocabimini ministri Dei nostri.* Ubi tunc cum illis loquebatur propheta, quibus nullo modo ad sacerdotium patebat accessus. Dicuntur autem tam illi, quam modò filii David, esse sacerdotes, quia illi magno erant in honore apud omnes, et in illorum sumptus abundè suppeditabatur à populo. Neque textus ipse indicat obscurè; nam cum paulò antea duorum sacerdotum meminisset, statim tanquam aliquid diversum addidit, Da-

## CAPUT IX.

1. Et dixit David : Putasne est aliquis qui remanserit de domo Saül, ut faciam cum eo misericordiam propter Jonathan?

2. Erat autem de domo Saül servus nomine Siba. Quem cum vocasset rex ad se, dixit ei : Tunc es Siba? Et ille respondit : Ego sum servus tuus.

3. Et ait rex : Numquid superest aliquis de domo Saül, ut faciam cum eo misericordiam Dei? Dixitque Siba regi : Superest filius Jonathæ debilis pedibus.

4. — Ubi, inquit, est? Et Siba ad regem : Ecce, ait, in domo est Machir, filii Ammiel, in Lodabar.

5. Misit ergo rex David, et tulit eum de domo Machir, filii Ammiel, de Lodabar.

6. Cum autem venisset Miphiboseth, filius Jonathæ, filii Saül, ad David, corruit in faciem suam et adoravit. Dixitque David : Miphiboseth? Qui respondit : Adsum servus tuus.

7. Et ait ei David : Ne timeas, quia faciens faciam in te misericordiam propter Jonathan patrem tuum, et restituoam tibi omnes agros Saül patris tui, et tu comedes panem in mensâ meâ semper,

8. Qui adorans eum dixit : Quis ego sum servus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum similem mei?

vidis filios esse sacerdotes. Ubi ego notam similitudinis subaudio, id est, esse quasi sacerdotes, quia illos observabat et alebat populus. Septuaginta reddidère ἀνάγκη, id est, *aulæ principes*, et l. 1 Paral. c. 18, in fine, ubi cum eodem ordine, filioque sermonis, superiora texerentur, de filiis David dicitur : *Porrò filii David primi ad manum regis*, id est, qui in regiâ domo familiares erant regi, et cum illo plurimum versabantur. A quo loco et ordine excidisse videtur Absalom, cui edixit pater 2 Reg. 14, v. 24 : *Revertatur in domum suam, et faciem meam non videat*, id est, non sit mihi ut antea sacerdos, aut inter primos ad manum. Porrò sacerdotem aliquem, aut quasi sacerdotem esse, proverbiali specie dici de illo, cui omnia honestè abundèque contingunt, in locum citatum Isaïæ probavimus, ubi satis multa de hoc dicendi genere, quem tu vide.

## CHAPITRE IX.

1. David se souvint de Jonathas, son ami, et il dit : N'est-il point resté quelqu'un de la maison de Saül à qui je puisse faire du bien, à cause de Jonathas?

2. Or il y avait un serviteur de la maison de Saül qui s'appelait Siba. Et le roi, l'ayant fait venir, lui dit : Etes-vous Siba? Il répondit : Je le suis pour vous servir.

3. Le roi lui dit : Est-il resté quelqu'un de la maison de Saül que je puisse combler de grâces? Siba dit au roi : Il reste encore un fils de Jonathas, qui est infirme des jambes.

4. — Où est-il? dit David. Il est, répondit Siba, à Lodabar, dans la maison de Machir, fils d'Ammiel.

5. Le roi David envoya donc des gens, et le fit venir de Lodabar, de la maison de Machir, fils d'Ammiel.

6. Miphiboseth, fils de Jonathas, fils de Saül, étant venu devant David, tomba sur sa face et adora. David lui dit : Miphiboseth? Il répondit : Me voici, votre serviteur.

7. David lui dit : Ne craignez point, parce que je vous ferai miséricorde, à cause de Jonathas votre père : je vous rendrai toutes les terres de Saül, votre aïeul, qui ont été confisquées, et vous mangerez toujours à ma table.

8. Miphiboseth se prosternant devant lui, lui dit : Qui suis je, moi votre serviteur, pour avoir mérité que vous regardiez un chien mort tel que je suis?

9. Vocavit itaque rex Siba puerum Saül, et dixit ei : Omnia quæcumque fuerunt Saül et universum domum ejus dedi filio domini tui.

10. Operare igitur ei terram, tu et filii tui et servi tui, et inferes filio domini tui cibos ut alatur; Miphiboseth autem filius domini tui comedet semper panem super mensam meam. (Erant autem Sibæ quindecim filii et viginti servi.)

11. Dixitque Siba ad regem : Sicut justisti, domine mi rex, servo tuo, sic faciet servus tuus. Et Miphiboseth comedet super mensam meam, quasi unus de filiis regis.

12. Habebat autem Miphiboseth filium parvulum nomine Micha : omnis verò cognatio domûs Sibæ serviebat Miphiboseth.

13. Porrò Miphiboseth habitabat in Jerusalem, quia de mensâ regis jugiter vescabatur; et erat claudus utroque pede.

VERS. 1. — ET DIXIT DAVID, PUTASNE EST ALIQUIS, QUI REMANSERIT DE DOMO SAUL, UT FACIAM CUM EO MISERICORDIAM PROPTER JONATHAM (1)?

(1) David dicit alors : *N'est-il point resté quelqu'un de la maison de Saül, à qui je puisse faire du bien, à cause de Jonathas?* Les premiers soins de David ont été pour Dieu, pour son arche et pour la construction de son temple. Après qu'il a satisfait à ce premier de tous nos devoirs qui regarde Dieu, il passe au second, qui enferme l'amour du prochain, et il cherche dans la famille de Saül quelqu'un à qui il puisse faire du bien. Il n'attend pas que Miphiboseth vienne se présenter lui-même pour le secourir. Il le prévient, il le cherche, et il emploie du monde pour s'en informer. Si David avait consulté en cette rencontre une politique tout humaine, elle lui aurait sans doute représenté que son règne étant encore peu affermi, il était dangereux de faire revivre la mémoire de Saül, et de s'exposer ainsi à donner sujet à de nouveaux troubles. Mais ce prince était trop éclairé du ciel pour se laisser surprendre aux raisons basses de cette fausse sagesse. Il sait ce qu'il a promis à Jonathas, et ce qu'il aurait voulu rendre à la mémoire de son amitié, quand même il ne lui aurait rien promis. Il est persuadé que rien ne lui assurera plus la couronne, que de se conduire d'une manière qui fasse voir à tous ses sujets qu'il en est très-digne. Et il sait que des actions de clémence et de bonté sont souvent plus capables d'attirer aux princes l'amour et la vénération de leurs peuples, que les victoires les plus éclatantes. C'est ce que l'Écriture semble marquer en rapportant cette histoire aussitôt après le dé-

9. Le roi fit donc venir Siba, serviteur de Saül, et lui dit : J'ai donné au fils de votre maître tout ce qui était à Saül et toute sa maison.

10. Faites donc valoir pour lui ses terres, vous et vos fils et vos serviteurs, afin que le fils de votre maître ait de quoi subsister, mais pour Miphiboseth, lui-même, fils de votre maître, il mangera toujours à ma table. (Or Siba avait quinze fils et vingt serviteurs.)

11. Et il dit au roi : Votre serviteur, ô roi mon seigneur, fera comme vous lui avez commandé. Et David répéta : Pour Miphiboseth, il mangera à ma table, comme l'un des enfants du roi.

12. Or Miphiboseth avait un fils encore enfant, appelé Micha. Toute la famille de Siba servait Miphiboseth.

13. Ainsi Miphiboseth demeurait à Jérusalem, parce qu'il mangeait toujours à la table du roi : or il était boiteux des deux jambes.

## COMMENTARIUM.

Totum hoc caput apertum est, neque magnâ indiget interpretis operâ. Dicendum tamen aliquid, quia aliquid etiam est expeditum minùs. Multa fuerunt, quæ Davidis impulerunt animum, ut Saülis recordaretur, neque nomen illius pateretur extingui, aut familiam aliorum expositam ludibrio incommodis laborare, quibus tenuiorum et miserorum hominum fortunæ jactantur. Primùm, ipsa natura bonitas, ad miserendum prona, injuriarum immemor, et à Deo ad omne pietatis genus instituta : illa fecit, ut viventi regi, cum maximo in Davidem inflammaretur furoris æstu, non semel ignosceret, cum tutò posset et faciliè vitam eripere; hæc ut lugeret occisum, et illi quam potuit officiosissimè parentaret; hæc eadem nunc ingenuum cogit, et verè regium animum, ut si qui ex regiâ familiâ forent ab ingenti et

nombrement qu'elle fait des peuples et des rois que David avait vaincus.

Cet exemple est grand, non seulement pour les princes, mais encore pour tous ceux qui veulent rendre à Dieu ce qui lui est dû. Car la piété, selon saint Augustin, consiste principalement à n'être pas ingrat envers Dieu. Et si l'on n'est pas reconnaissant envers les hommes que l'on voit de ses yeux, et dont on éprouve sensiblement la bonté et les bienfaits, il est difficile que l'on le soit envers Dieu, dont les grâces sont beaucoup plus spirituelles et plus cachées. (Sacy.)